

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

banus de Trenbach, eius vitam et laudabiles virtutes cognititas perspectasque habuere. Duo vero Romani Imperatores *Maximilianus II.* et *Rudolphus II.* eum dignissimum iudicarunt, qui habenas Garstensis et Cremphanensis monasterii susciperet et administraret. Quare si nec ego de illo plura dixerō, parci mihi velim: ab aliis enim singula eius facta praedicata et collaudata esse, nullum dubium relinquitur.

Per haec quoque tempora R. admodum doctissimus D. *Ioannes Guilielmus*, philosophiae doctor et monasterii Garstensis professus, abbatiam Rmi. abbatibus *Mich. Rab.* qui praecedenti anno ibidem mortuus et sepultus fuerat, administravit idque cum consensu D. ordinarii episcopi Passaviensis et Caesaris Rudolphi.

Anno autem 1601 in ipso festo d. Iacobi unanimi fratrum consensu in abbatem *Garstensem* electus et domum revocatus est.

(*Jubiläum in Rom. — Hochzeit des Erzherzogs Ferdinand in Graz. — Nik. Palffy †. — Tod des Bischofs von Passau. — Hinrichtungen in München.*)

Eodem quoque anno nobilis quidam *Prutenus*, qui chirographo proprii sanguinis diabolo se mancipaverat, *Graecii* singulari Dei benignitate apud Patres Societ. illud chirographum 18. Iunii, quocum a 22. Martii laboratum fuerat, recepit. Rei processum describit copiose *Martinus Del-Rio* lib. 6. disqu. magic. cap. 7. sect. 3. qu. 3. Aliqui fratres conventuales *Garstenses* ibi praesentes omnia viderunt et aspexerunt.

1601.

Hiems huius anni asperrima fuit, quae de sua asperitate ante mensem Martium vel parum admodum remisit, imo vero Februarius Ianuario multo durior fuit.

Die 15. Ianuarii quidam baiulus Waidhofensis Styra domum rediens in via ad quandam aedem cuiusdam pauperis rustici vel mercenarii divertit.

Possessor tunc propter suum laborem aberat, uxor tamen illius domi erat, a qua baiulus hic, homo alias simplicissimus, panem ad sedandam famem exigebat. Illa sibi panem adesse denegavit, unde nec porrigebat. Qua propter homo a daemone instigatus feminam interfecit et exinde per totam domum inquisivit, si quid comestibile reperiret. Aliquos tandem caseolos reperiens; quibus sese saturavit, et de loco non abcessit neque vero aufugit. Praefectus ergo Waidhofensis, sub cuius ditone illa villa erat, cognito tandem homicidio cum quibusdam armatis famulis et rusticis eo venit hominem capturus. Dum ergo illi facinus obiiceretur et, cur illud perpetrasset, ab eo interrogaretur, res-

Gleink.

Garsten.

Teufels-
pakt.

Witterung.

Mord bei
Steyr.